36

# 1231

1mo Privilegium Conradi Ducis Masoviæ vir-
tute cujus memor illius Scripturæ qui se dicit
in Christo manere debet sicut ipse ambulavit
et ipse ambulare in memoriam etiam
revocans, opus gratuitæ pietatis quo nos
a Servitute Diaboli revocare dignatus est.
Verba sunt privilegii = Villas Ecclesiæ Socha-
czovien per Posnan: Czersk. et Skrinno consti-
tutas libertati condonat. Sub Actum. præsen-
tibus filiis suis Duce Boleslao et Duce
Casimiro sub testimonio Vladislai ducis
Poloniæ Michaelis Eppi Cujaviæ, Bogussæ
Palatini Masoviæ Gregorii subCancellarii
Anno — — — — — — — — —

2do Privilegium Conradi ducis Masoviæ virtute
cujus pro debito 130 Marcarum argenti
quod tenebatur Eppo pro decimis extra-
dere, non tamen extradidit villam suam
Slesino Eppo Posnanien: et Ecclesiæ suæ
confert et donat in perpetuum. de Datti nie
masz gdzie Præsentibus Vladislao duce
Poloniæ, Boleslao duce Sandomiriæ
Casimiro duce Cujaviæ Michaele Eppo
Cujavien: Bogussa Palatino Masoviæ.